**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 163.





# Cod. LXXVII

deest

1.
6.6.

membr: 8. Sæc: 14.

1. Fol: 1-15.

Joannis Peckami Tractatus de Numeris.

Joannis Peckami Tractatus de Numeris. Absque ullo titulo incipit: "Omnia domi, "ne Jesu christe Sapientia, numero, mensura "et pondere disposuisti." In fine manus aliena addidit: Explicit Summa fratris Johannis pechan de numeris". De hoc opere Oudin: Bibl: Script: eccl. T. 8. Col: 576. ita Scribit: "Tractatus de numeris, cujus initium' Quia Domine &c (a) editus a fra, "tre Joanne Peckam Ord: Frat: Min: cujus "titulus: De mystica interpretatione nume, "rorum in S. Scriptura Ms: Oxonii "in Biblioth: Lincolniensi Cod: 16. Illum "ad imitationem Odonis Abbatis Morimundi Ord: "Cisterc: composuit, qui annis centum, et "viginti vel circiter antea idem argumentum "lato satis opere tractaverat, quod in "in Mss: Codicibus satis obvium est" &c. Idem Peckami opus ex Pitseo adducit Fabric: Bibl: med. et inf: lat: Tom 4. pag 114. col: 2.

(a) Quia facile pro Omnia legitur in Mss.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 164.





Joannes Peckam, seu de Pechano, Anglus Ord: Minor: discipulus S. Bonaventurae, docuit Parisiis, Oxonii, Romae; inde Archiepiscopus Cantuariensis ab ao 1278 – 1292. De eo prae,ter memoratum Oudin. et Fabric: etiam Wad,ding: in annal: Fr. Minor: Tom 2. pag: 52-78, et seqq: Henricus Warthon Angl: Sacra p: 116.

2. Fol: 15 averso – 38.

Tractatus de Quadrante.

Tractatus de Quadrante. Incipit: "Quadrans est spere plane quadra lineis, et gradibus geometrice insignita". Folio 17o hoc opus,culum videtur esse finitum: legitur enim co,lumna prima: "Explicit quadrans". Verum sequenti columna mox de novo inchoatur his verbis: "Omnis ars per instrumentum operativa", et deducitur vsqs ad fol: 38. ubi in calce legitur: "Et hec de quadran,te dicta sufficiant". Insertae quoqs sunt quinque tabulae solis; vna climatum, et tabula umbrae. Quis hujus operis author sit, certo definiri nequit: plures enim de qua,drante scripserunt. Sic Jo. Campano tri,buitur liber de compositione quadrantis, Heilbron. Hist: Mathes: l: 2. pag: 450 § 434. At nostrum non esse initium docet, quod jux,ta Trithemium de Script: eccl. cap: 324 ita sonat: "Scire debes quod circulus." Ro,berti Angli Lincolniensis Episc: Quadrans extat mss: in Bibliotheca Abb: S. Petri de Selicunte.(a) Huic opusculum nostrum ad,scribendum esse ex eo vel maxime inducor, quod plerique sequentes tractatus ejusdem authoris sunt.

(a) Heilbron: l. c: l: 2. pag: 580. § 172.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 165.





3 Fol 39–84.

Tractatus de computu ecclesiast.

Tractatus de computu Ecclesiastico. Incipit: "Quum causa finali nihil dignius reperitur esse." Coronidem imponunt etates mundi, et hominum, vbi vltima verba sunt: "Senium vero, vel decrepitas etas. exinde vsque ad finem." Additi sunt frequentes versus memoriae juvandae causa ad invenien das indictiones, circulum solarem &c. Joannes Camp: author quidem est cujusdam computus ecclesiast: sed qui incipit: "Rogavit me vnus." Noster itaque esse non videtur. Cumque folio primo hac legantur: "Homo qui compilator hujus doctrine hic captat benevolentiam auditorum reddendo eos dociles et attentos contra hoc opus promittendo eis magnum fructum hujus scientie. vitando ab eisdem arrogantiam ne videatur sibi hoc opus attribuere tanquam inventori primo q. compilatori"; vix dubium superesse potest, hoc opus compilationem esse vel ex computu eccles: Campani, vel Roberti Lincoln: de quo mox plura.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 166.



4. Fol. 84-85.

Horologii Compositio.

Horologii Compositio. Incipit: Componitur quoddam Simplex et parvunculum horologicum instrumentum. Finitur: et menses metiri valeamus. Idem mihi videtur esse opusculum, quod habetur in Bibl: Bodlejana MS: de Compositione, et usu cylindri horologii, de quo etiam nostrum agit.

5. Fol 86 - 116.

Roberti Lincolniensis Episcopi Computus eccle. siasticus.

Roberti Lincolniensis Episcopi Computus eccle. siasticus. Praecedit capitum tabula. Opus incipit: " Computus est scientia numerationis et divisionis temporum ". In fine additus est: " Explicit computus episcopi Linconiensis cujus anima benedicatur deo gras amen "

Robertus Lincolniensis Episcopus cognomine Grosthead Anglus, multarum linguarum, ac disciplinarum Philosophicarum peritia clarus obiit 1253. De eo Trithem: l: c: cap: 393. Fabric: Bibl: med: et inf: lat: Tom: 6. pag. 103.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 167.





Warthon Angl: Sacra Tom 2. pag: 341. Cave
Script: eccl: pag: 620.

C Fol: 118 – 122.

Algorismus mi, nutiarum.

Titulus est: " Incipit Algorismus de minuciis,"
Initium: " Omne compositum respectu suarum
" partium dicitur integrum". An sit ejusdem Ro,
berti / ut mihi verisimile: / an Campani, an
alterius, aliis discutiendum relinquo.

7 Fol. 123 – 137.

Joannis Peckha, mi de Sphaera.

Joannis Peckani tractatus de Sphaera.
Incipit: " Corporum principalium mundano,
" rum numerum, et figuram, et motum, et
" quae ad haec — intendo in presenti opus,
" culo explicare, quantum sufficit ad intelli,
" gentiam verborum Scripturae Sacre. et hec
" quidem inveni a prioribus tradita. Sed pro
" difficultate, sicut in opera Linconiensis et brevitate et in ali
" quibus falsitate. sicut in opera Johis de Dorco simplicioribus quibus
" servire intendo inutilia." In calce ad,
" ditum est: " hec simplicioribus scripsi
" tactus precum instantia. a majoribus rari,
" am petens sicubi deferi. Explicit. Opus,
" culum hoc Peckano esse adscribendum me do,
" cuit folium codicis nostri omnium primum,
" ubi ad pag: 123 referantur scripta fratris
Johannis de peckano. Illud autem de Sphae,
" ra esse inscribendum Series tractati argu,
" menti ostendit.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add. MS 1 (D. E. Smith coll. 36)]**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 168.



f. 68. Cod. LXXVII. n. 8. 9.

8. Fol. 137.—144.

Roberti Lincol. Episc. Tractatus de Sphaera.

Roberti Lincolni, episcopi de Sphaera.

Titulus est: "Incipit Spera Domini Lincolniensis." Initium: "Intentio in hoc tractatu est describere, et figuram". In fine "Explicit Spera venerabilis episcopi Lincolniensis"

De Roberto vide supra Nro. 5.

9.

Joannis Campani Tractatus de Quadratura circuli. Incipit: "Aristotiles in eo qui de Kategoriis libro inscribitur". In fine: "Explicit Quadratura circuli edita a Campano.

Joan: Campani de Quadratura circuli.

Joannes Campanus de Novaria, seu Novariensis, Lombardus, author libelli de Quadratura circuli, obvii in appendice margaritae philosophicae, Matheseos peritia conspicuus floruisse fertur circa ann: 1030. juxta alios 1250. Fabric: Bibl: med. & inf: Lat: Tom I. pag: 325. Trith: cap: 324.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 77 [heute: New York, Columbia University, Smith Western Add

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27415